



Hochzeitscarmina.

Vol. I ~~Actt. 490 & 491.~~  
A. IV. 74 Quart.

Carmen in Nuptiis;

Carmen in Nuptiis;



13 86.

# VOTUM DEVOTUM

*Et*

VERUM. VERÆ. LÆTITIÆ. SIGNUM.

*Quod Sub*

Auspicatisimum Onomasteriorum  
recursum.

*VIRI CLARISSIMI AC DOCTISSIMI*  
*DN.*

# M. JOHANNIS CAMMERHOFI

Illust: Gymnasi ad Salam Conrectoris famigeratissimi, Præceptoris ac Mœcenatis sui orani honoris, & amoris cultu exosculandi,

*Gratia Testanda ergo edebat Discipulus*  
*eius obedientissimus*


FRIDERICUS CONRADUS Gecker Quedlinb.  
Sax. Musarum Gymnasi Hallensis p.t. iv svirg.  
Alumnus.

ANNO RECIDIVO M. DC. LV.

DIE XXIV. JUNII.



STANNO Salfeldiano.



**A**lti dum rutilans Phœbus moderator Olympi  
Nunc iterum properis astra pererrat equis,  
En iter est illi ad sitientis sidera Cancri  
Hæc intrans festos portat ab axe dies.  
Portat & ipse diem, cui mentio grata Joannis  
*De quo Preceptor, nobile nomen habes.*  
Propterea evigila mea mens, procedite sensus  
Et nunc quod voveo gaudia ferte nova:  
Gaudia ferte nova, indas labris, Enthea Pallas,  
Inde meis suadam, quò mea lingua sonet!  
Quò mea lingua sonos det gratos, carmina grata  
Doctaq; quæ relonent, ô vir *AMANDE TIBI.*  
Es vegetus, sospes & adhuc, *Preceptor Amande,*  
Et mens insano corpore sana viget:  
Salva virer conjux, & qui de pectori pender  
Hactenus est Natus salvus, & in columis:  
Illi jamq; valent, aurâ felice fruuntur  
accincti qui sunt ut tua justa colant:

*Au-*



Aura secunda tibi flat, habes Jovamq; faventem,  
Prorsus firma & adhuc stat tua tota domus.  
Fas gratari igitur lœtis queis utere rebus,  
Solvore tristitiam, plaudere & ore decet.  
In mare nare sinas, quæcunq; molesta videntur,  
Ut mergantur ibi, neve redire queant.  
Curas spinosas nunc in loca mitte remota,  
Istas ad gentes, quæ tolerare queunt.  
Lœta sit hæcce dies Tibi summo ex æthere missa,  
Lœtitia repleas hoc onomasma tuum.  
Gaudia multa tibi penetrerent per viscera cordis  
Intima, constanti gaudia mente cape.  
Illos atq; jube tecum exultare medullis  
In se comprehendit quos tua tota domus.  
Est quoq; fas Domino meritas persolvere grates  
Qui voluit videoas hoc onomasma tuum.  
Illi hinc lœtus ago tanto pro munere grates,  
Quas mea vel quantas mens animusq; capit.  
Faxit & ille opto ex cordis penetralibus imis,  
Sæpius ut videoas hoc onomasma tuum.  
Ut tua turba tuo Christo crescatq; fidelis  
Amplius à fatô, vota precesq; fero:  
Ut videoas sanam Costam, sobolemq; salubrem  
Amplius è fato, vota precesq; fero.  
Talia vota pio nimirum fundimus ore,  
Pectore cum primis talia vota pio.

Ex



**E**y das ich könnte nun den Sinn was höher schwingen/  
Und diesen schönen Tag mit Lobe gnug besingen/  
An dem Herr Lehrer Ihr Eur Namens fest erblickt/  
Da man Euch sonst geschenkt und gute wünsche  
schickt.

Doch seht ich wil nunmehr noch einen Wunsch ablegen  
(Wie ich auch schuldig bin) GOT gebe seinen Segen/  
Das solcher guter Wunsch nicht nur ist und allein/  
Hinführo auch allzeit an ihm mag kräftig seyn.  
Er lebe sonder Leid und zehle so viel Segen  
Als tropfen in der Saal: So viel sich blätter regen  
Am grünen Lindenstamm. Wie viel Minuten sind  
In einem ganzen Jahr/so viel sich Segen sind.







13  
8

VOTUM DEVOTUM  
*Et*  
VERUM. VERÆ. LÆTITIÆ. SIGNUM.

*Quod Sub*

Auspicatisimum Onomasteriorum

*recursum*

*VIRI CLARISSIMI AC DOCTISSIMI*  
DN.

M. JOHANNIS  
CAMMERHOFI

Illust: Gymnasii ad Salam Conrectoris famigeratis-  
simi. Præceptoris ac Mœcenatis sui omni

